Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

porro Epicurea ab auctore ipſo appellata eſt. Cæterum Ippobotus ĩ libro de ſectis:nouem ait fuiſſe ſectas atq; inſtituta:ex his Megaricam primo loco cõſti tuit:ſecundo Eretricam : tertio Cyrenaicam: quarto Epicureã:quinto Anniceri am:ſexto Theodoriam:ſeptimo Zenoniam eandemq; Stoicam: octauo Aca- demicam ueterem:nono peripateticam.Cynicæ autem & Eliacæ atq; Dialecti cæ nullam mentionem facit. Ea uero quæ pyrrhonia dicitur propter obſcurita tem a pluribus repudiatur. Hanc ipſam tamen plærîq; ſecundum aliqd ſectam eſſe dicunt:ſecundum aliquid negant.Eam deniq; ſectam dici aiunt:quæ rõnem aliquam iuxta id quod apparet & ĩ promptu eſt ſequitur aut ſequi uidet̃ Secũ dum quod & Scepticen non incongrue ſectam appellabimus.Ve℞ ſi ſectam in telligimus appellationem ex his dogmatibus conſtantem:quæ ſibiipſis cõſen- tiant:nõ iam appellabitur ſecta:neq; enim dogmata ſiue decreta habet. Iſta de philoſophiæ incunabulis:,pucctibus:partibus:ſectiſq; breuiter diximus.Quãq̃ & ante paululum Eclectica quædã ſecta a potamone Alexandrino inuecta eſt. Qui de ſingulis ſectis quæq; ſibi placuere ſelegit. Viſum aũt illi eſt ut in inſtitu tione ſua fatetur multiplex eſſe ueritatis examen. Alte℞ ſcilicet a quo iudicium fiat hoc eſt principale. Alterum ꝑ quod ideſt ſolertiſſimam intimamq; imagi- nem.Initiaq; rerum omnium materiamq; & qualitatem effectionemq; ac locũ ex quo ſcilicet & a quo & ubi & in quo.Finem uero ad quem cuncta referãtur uitam eſſe ait omni uirtute perfectam:nõ abſq; corporis naturalibus externiſq; bonis.Sed iam de uiris ipſis cuiuſmodi fuerint:dicendum:ac primũ de thalete.

Thales Mileſius.

THales itaq; ut Herodotus:Duris:ac Democritus aiunt:patre Examyo matre cleobulina ex Thelidarum familia:qui phoenicum nobiliſſimi a Cadmo & Agenore originem ducunt. platone quoq; teſte natus: primuſq; ſapiens uocatus eſt: quo tempore Damaſius Athenis princeps erat: ſub quo ſeptem quoq; ſapientes appellati ſunt.Demetrius phalereus ĩ deſcrip tione principum meminit.Mileti autem ciuis inſcriptus eſt.profectus cum Ne læo ex phœnice:cum ille patrio ſolo excidiſſet:ſiue ut pluribus uiſum eſt:indi gena Mileſius & claro genere fuit.Poſt reipu.negotia ſeſe ad contemplandam rerum naturam tranſtulit.Sane iuxta quoſdam nullum ingenii ſui monumentũ dereliquit. Nam quæ in eum refertur nautica aſtrologia phoeci ſamii eſſe per- hibetur.Callimachus inuẽtorem fuiſſe minoris urſæ:ac notaſſe illius ſtellas tra dit: qua phœnices nauigant ſic dicens uerſibus iambicis.

plauſtri notaſſe dictus eſt minores
Stellas:quibus ſuum tenent tyrii curſum.

Secundum quoſdam duo ſola conſcripſit:de conuerſione ſcilicet ex æqnoctio: cætera facilia eſſe ad pcipiendum arbitratus.putant plærîq; primũ Aſtrologiæ ſecreta rimatũ.Solis defectus cõuerſioneſq; prædixiſſe:ut ait Eudemus ĩ ea quã de Aſtrologia ſcripſit hiſtoria.Quo circa Xenophanem & Herodotum illum